Proximus huic qui nunc urbis moderatur habenas
Prætor athenaeum non minus ipse colit,
Huic adeo inter nos locus est delatus honoris
Quem meritus teneat, possideatque diu
Consilio Eloquioque potens et rebus agendis
Victis, ac magnas natus obire vices :
Ille locum stabilem Musis sedesque quietas
Publica quæ fiat bibliotheca dabit :
Huic quondam venient *Auberti* ex ade camœnæ
Librorum deferent huic sibi quæque penum.
Annuit urbs cœptis, labentia fulmina plaudunt
Mirantur, laudant hospes et indegena
Et forsan majora parat, sed tempora captat
Commoda qua monstrant hanc sibi fata viam
Singula quid memorem? nec possum cuncta referre
Pauca hæc è multis, candide lector, habe
Sic puto magnanimium, nosces ex ungue leonem
Quem proprius spectis, et tibi major erit.

LÉOPOLD NIEPCE,
Conseiller à la Cour d'appel de Lyon.

(A suivre.)